Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

o monache dnſ nascitur
interitur non habebat locum.
Non inuenit locum inter ho
mines. Non uenit in platone.
Non in aristotele. sed in prate
repe inter iumenta & bruta
animalia. & simplicesque;
& in nocentes. Vnde dicit.
& dnſ in euangelio. Vulpes fo
ueas habent. & uolucres caeli
nidos. filius autem hominis
non habet ubi caput suum reclinet;

FINIT DE PSALMO CXXXI

INCIPIT DE PSALMO CXXXIII:

Ecce quam bonum
& quam iocundum.
habitare fratres
in unum;

Duo dicit. bonum. & iocundum.
Bonum est martirium. sed
non est iocundum; habet
enim supplicia & poenas.
& in emp. cruciatib; dolor ē.
& utiq; in dolore ñ est
iucunditas; ecce quā bonū
& quam iocundum; Rursū
uoluptas iocunda est. ver
bi causa. cibos dulces comme
dere. Vid&ur iocundum
esse. compellit enim ad libi
dinem; hic ergo duo posuit.
& quod sibi uidebatur
esse contrarium. bonum ē
& iocundum. Vnos ser mone
coniunxit. ecce quambo
nū & quam iocundum habi
tare fratres in unū. fratres
mente. non corpore; esau.
& iacob fratres fuerunt.
& quia simul habitabant.
fuit eis causa discordiae;
ergo quod dicit hic fratres non
fratres dicit corporis sed fratres
spiritales. fratres de quibus lo
quebatur. & salua tor. & dice
bat ad mulieres; Ite nuntia
te fratribus meis; ecce quam
bonū & quam iocundum ha
bitare fratres in unū;

Proprie psalmus iste coe
nobius & monasteriis conue
nit; licet enim & de ecclesiis.
intelligatur. sed ibi proposita
diuersitate. vid&ur non esse
tanta concordia; quae est enim
ibi fraternitas; Vtiq; alius
ad domum ire festinat. alius ad
circū. alius in ecclesia deusu
riis corrigitur. In monasterio autem
sicut unum p positum. vnus
& animus est; ecce quambo
nū & quam iocundum habi
tare fratres in unū; vere bo
num. vere iocundum; vnū